



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.P. Leonardii Lessii E Societate Iesu Theologi. In D.
Thomam De Beatitudine. De Actibus Hymenianis. De
Incarnatione Verbi. De Sacramentis Et Censuris.
Prælectiones Theologicæ Posthumæ**

Lessius, Leonardus

Lovanii, 1645

Dvb. 4. Vtrum à principio conceptionis habuerit hasce virtutes naturales.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72898](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72898)

Qu. 7. *De Gratia Christi profit est singularis homo:* A. 2. D. 2. 3. 4. 59

Ponitentia, ut in genere dolet de iniuria Dei, est in Christo, specie. Ratio est; Quia haec virtus per se primo non respicit culpam propriam, sed culpam in genere, quatenus est iniuria Dei; ipsius enim officium est dolere de culpa, sive propria, sive aliena, quatenus est iniuria in Deum; & pro ea velle satisfactione: vel (ut in Beatis) detestari omnem iniuriam Deo illatam, & amare eius satisfactionem; vt dictum est in 3. parte Quest. 85. Art. 3. Vbi etiam ostendimus Penitentiam non distingui a charitate, & Iustitia quadam erga Deum; qua Iustitia videtur esse pars quaedam Religionis. Nec obstat quod Penitentia in Christo non possit habere actum penitendi; quia etiam in beatis non potest hunc actum habere, tamen verè est in ipsis; & alios actus habet.

Non est in Christo Potentia peccandi, quamvis in eo sit omnis illa facultas positiva que in nobis vocatur Potentia peccandi, ob defectum negativum illi annexum, qui est, non esse suam regulam, nec esse immobiliter annexum sua regulae.

D V B I V M II.

Vtrum hi Habitus supernaturales fuerint Christo necessarij ad eliciendos actus supernaturales?

⁹ Quidam
ngant.
Respondeo, Quidam dicunt nec habitus, nec auxilia supernaturalia Christo fuisse necessaria; quia per solam vniōem cum Verbo, anima poterat omnes virtutum actus supernaturales efficiere. Confirmatur; Quia *mōtus operandi, sequitur modum essendi*: sed anima ex vi vniōis cum Verbo, habebat modum essendi diuinum; atque adeo ipsum fontem omnium virtutū: ergo ex vi vniōis habebat etiam operationes diuinas virtutum. Sed hoc multis modis potest refutari.

*affirma-
tur.*

Se*nec* multis modis potest feratur.
Quare dicendum est, Christi humanitatem non
minus eguisse virtutibus & auxilijs supernaturali-
bus ad opera bona, quam nos egeamus: imo non
minus eguisse auxilio diuino ad seruandam to-
tam legem naturæ, quam si Verbo vniua non fuf-
set. Ratio est, Quia vnu hypostatica non dabat
villas vires ad operandum, nec ullum auxilium
aut concursum (hac enim omnia sunt à totâ Tri-
nitate) sed solum sustentabat naturam humanam.
Aduerte tamen, Hoc auxilium, quod ad legem
naturæ seruandam erat necessarium, fuisse omnino
debitum humane naturæ ratione vnionis hypo-

*necessaria ad seruan-
dam totam
legem na-
ture, sicut
humanita-
ti Christi
debita.*

Adiuete tamen, Pro auxilium, quod ad legem
nature seruandam erat necessarium, sive omni no-
debitum humanae naturae ratione vniuersis
staticæ, ita ut nullo modo potuerit negari, ut in-
frâ patebit. Illud autem, *Modus operandi* sequitur
modum essendi, intelligendum est de modo opera-
tionis, qui sequitur ex eo, quod forma sit in ma-
teria, vel extra materiam: Item, qui sequitur ex
eo quod natura existat in supposito diuino: qui
tamen modus nihil est aliud, quam moralis que-
dam dignitas, & estimatio operationis.

DVBIVM III.

Virum in Christofuerint omnes Virtutes Naturales, id est, quae natura viribus comparari possunt?

Respondeo; Fuisse, & quidem perfectissimè.
Probatur Primo, Quia haec virtutes sunt

quædam maximæ perfectiones anime necessariæ, ut ipsa intra limites naturæ sit perfecta; nec villam includunt imperfectionem, quæ vel beatitudini, vel uioni hypothesis repugnat: vnde etiam cōmuniter tribuantur Beatis à Theologis in 3. dist. 33. & insinuat Augustinus lib. 13. de Trin. c. 9. Secundò. Quia oportebat ut anima Christi, non solum esset perfecte disposita ad opera bona cōfertantia legi supernaturali & ordini gratiæ; sed etiam ad opera bona cōfertantia legi naturali, & ordini nature. Tertiò. Quia credibile est Dominum obiuisse illarum virtutum functiones; ut Temperantia, Fortitudinis, Iustitiae; ergo ex habitu; nam hic modus operandi est perfectior. Nec obstat, quod erant naturales, ac propter ea nō videantur meritorie. Quia erant meritorie; tum ratione dignitatis Personæ, tum ex relatione ad finem supernaturalem. Nec impeditetur simul operari per virtutem naturalem & supernaturalem circa eandem materiam. Quartò. Quia Christus habuit humanam scientiam: ergo & humanas virtutes.

Dices, Cötinentia, quam ponit Aristoteles, nō
videtur fuisse in Christo: nam coniuncta est mo-
tibus intemperantie. Respondeo; Quod sub-
stantiam suam, in Christo fuisse; nam non distin-
guitur specie à virtute Temperantie: et enim
Temperantia in statu imperfetto; scilicet quæ nō
dum subegit omnes intemperantie motus. Sed
hac imperfetto in Christo non fuit; quia omnes
virtutes in statu perfectissimo & heroico habuerunt.
Quo modo autem Magnificentia & Liberalitas
in Christo Domino fuerint; Vide D. Thomam
ad 3.

DVBIVM. IV.

*Virum à principio Conceptionis habuerit
hacce Virtutes Naturales?*

REspondeo; Habiuisse, idque per infusionem. 11
Affirmatur.
Probatur Primo, Quia Christus à principio fuit omnino perfectus secundum animam, vt pas-
sim docent Patres: & habuit omnes animæ vires optimo modo conformatas, & utrumque appetitum perfectè subiectū rationi. Atqui hæc optima virium dispositio, & appetituum cum ratione conformatio, fit formaliter & intrinsecè per hasce virtutes, & habitus connexos. Probatur Secundo, Quia Adam à principio habuit hasce virtutes Adam &
Beati habent ab initio has
virtutes nisi in spe. infusas; & pariter omnes beati in patria: ergo multò magis Christus tum, quia secundum animam beatus erat; tum, quia principium omnis perfectionis humano generi institutus erat. falso
Nec obstat quod Deus per solam externam prouidentiam & assistentiam potuerit efficere vt appetitus numquam contra rationem moueretur: quia perfectiori modo hoc fit per intrinsecā dispositionem, & conformatiōnem; ad quam necessarius est virtutis habitus, sine quo, appetitus non suisset intrinsecè conformatus rationi. 12

Dices, Præstantius est habere virtutem à se, Christus quām ab alio: ergo Christus comparauit hasce virtutes suis actibus; non autem accepit infusas omnes actus extrinsecus. Respondeo; ob hoc argumentum naturaliē quidam putant Christum in momento sua Concep-^{in primo}tionis, eliciuisse omnes actus omnium virtu-^{instanti}sua Concep-^{tionis}tum; & per hos, eas comparasse. Sed quamuis hoc non

60 Qu.7. De Gratia Christi prout est sing. homo. A. 3.4.3.6.

hoc non implicer contradictionem; tamen non est natura consentaneum: debuit est enim illa anima simul habere omnes actus illarum virtutum in summa intentione, & secundum totam extensionem & materiam cuiusque virtutis, idque in omnibus simul potentissimis. Intellexu quidem, considerando & estimando omnes virtutum materias: Voluntate, & appetitu inferiore, distinctis actibus omnem honestam materiam pro sua conditione amplectendo: quod sine ingenti miraculo, minime necessario, fieri non potuisse. Addit; nobilissime incipere a perfecto modo operandi, qui est ex habitu; quam procedendo ab imperfecto, habitu comparare. Quare dicendum est, Christum illas virtutes quoddammodo habuisse a seipso, quia habuit eas ex efficacia sue personae, qua contulit eas anima sua tamquam debitas ob intrinsecam unionem cum persona. Contulit autem eas in summa perfectione, quia erat possibilis secundum potentiam ordinariam, & consentanea dignitati illius divinae unionis: ac proinde etiam quanta esse poterat iuxta capacitatem naturalem humanae anima. Potentiae enim naturales in homine habeant terminatam efficaciam agendi; unde datur aliqua intensio actuorum naturalium, ultra quam, vis nature non potest. Unde etiam sit ut haec virtutes in Christo successu temporis non sint auctoratum, quia capacitas anima fuit expletatum, quia actus non fuerunt habitibus intensiores.

Quodammodo habuit has virtutes a seipso.

Non creuerunt in eo successu temporis.

ARTICULUS III.

Vtrum in Christo fuerint dona?

Respondetur; in Christo fuisse omnia dona. Spiritus sancti, etiam donum Timoris. Proferatur Isaia 11. v. 2. Requiescat super eum spiritus Domini, spiritus sapientiae & intellectus, spiritu consilii & fortitudinis, spiritu scientiae & pietatis: & replebit eum spiritus timoris Domini. Ratio est, quia dona dantur ut intellectus & voluntas facile mouantur, & obsequantur spiritui sancto: atqui haec potentiae in Christo erant optimè dispositae ad Spiritus sancti motum suscipiendum: ergo &c.

Notandum Primo, Magnam esse controvensionem inter Doctores, vtrum, & quomodo dona distinguantur a virtutibus infusis; scilicet à quatuor Cardinalibus, & tribus Intellectualibus.

Notandum Secundo, Siue dona distinguantur a virtutibus, siue non; certum est in Christo omnia fuisse; ut patet testimonio Isaiae, quod directe est de Christo: unde in Christo fuit etiam donum Timoris Domini, quod olim perperam ne-

Petri gauit Pet. Abaillardus, ut refert Bernardus epist.

Abaillardus 190, ad Innocentium 11. & Castro Verbo Christus

hæresi 6. qui etiam hanc hæresim refutat.

Sed difficultas est, in quo consistat hoc donum Timoris? Respondeo Primo, Posse confidere in quadam reuerentia, que nascitur ex consideratio-

D. Hieronymus & alij communiter. Vnde Septuaginta vertunt ἀληθεία veritas; & sensus est, perpetuo & inseparabiliter erit iustus & fidelis in promissis.

Aduerte tamen, et si in Christo non fuerit fides, fuit tamen fidei meritum. Nam habuit promptitudinem ad credendum, si decesset evidencia; idque ex pia affectione voluntatis ad diuinam auctoritatem. Vnde in voluntate erat habitus supernaturalis, qui in nobis actum fidei imperat; quamvis in intellectu, nec actum, nec habitum fidei haberet: ille enim habitus, eiusque actus, nullam includit imperfectionem, qua statui beatitudinis repugnet. Vnde etiam in beatis manet; dictum est 2.2. q. 5. a. 2.

ARTICULUS IV.

Vtrum in Christo fuerit Spes?

Respondetur negatiue. Vide D. Thomam.

Notandum tamen, et si in Christo non fue-

rit spes; seu potius actus spesi, vt extendit se ad gloriam anima sperandam; fuit tamen in illo spes, scilicet & quatenus est expectatio gloria corporis, & exclusus mortali caruit, & multis malis anima & corporis afflictus est. Ipse etiam habitus, qui est virtus Spesi, erat in eo ciudem rationis, cuius in nobis, quāuis non omnes actus habuerit quos in nobis. Nam hic habitus manet in beatis, & varios in illis actus habet; vt dictum est 2.2. q. 18. a. 2. Vtrum autem sit idem habitus, quo speratur beatitudine anima & corporis, dictum est ibidem q. 17. a. 2. dub. 3. ubi ostensum est esse eundem, qui tandem constet partibus heterogeneis.

ARTICULUS V. & VI.

Vtrum in Christo fuerint dona?
Spiritus sancti, praesertim
Timoris?

Respondetur; in Christo fuisse omnia dona. Spiritus sancti, etiam donum Timoris. Proferatur Isaia 11. v. 2. Requiescat super eum spiritus Domini, spiritus sapientiae & intellectus, spiritu consilii & fortitudinis, spiritu scientiae & pietatis: & replebit eum spiritus timoris Domini. Ratio est, quia dona dantur ut intellectus & voluntas facile mouantur, & obsequantur spiritui sancto: atqui haec potentiae in Christo erant optimè dispositae ad Spiritus sancti motum suscipiendum: ergo &c.

Notandum Primo, Magnam esse controvensionem inter Doctores, vtrum, & quomodo dona distinguantur a virtutibus infusis; scilicet à quatuor Cardinalibus, & tribus Intellectualibus.

Notandum Secundo, Siue dona distinguantur a virtutibus, siue non; certum est in Christo omnia fuisse; ut patet testimonio Isaiae, quod directe est de Christo: unde in Christo fuit etiam donum Timoris Domini, quod olim perperam ne-

Hæresis Petri gauit Pet. Abaillardus, ut refert Bernardus epist.

Abaillardus 190, ad Innocentium 11. & Castro Verbo Christus

hæresi 6. qui etiam hanc hæresim refutat.

Sed difficultas est, in quo consistat hoc donum Timoris? Respondeo Primo, Posse confidere in quadam reuerentia, que nascitur ex consideratio-

D. Hieronymus & alij communiter. Vnde Septuaginta vertunt ἀληθεία veritas; & sensus est, perpetuo & inseparabiliter erit iustus & fide-

lii compunctionem cum Deo; & omnem illius celustudinis curiosam scrutationem; scilicet illi penitus submittat. Et hoc modo certum est in Anima Christi, & in omnibus beatis hunc Timore;

hunc enim Patres tribuunt Sanctis Angelis, ut Dionysius de coelesti hierarchia cap. 13. & Chrysostom. homilia 1. de Visione Isaiae. Ita D. Thomas hoc loco accipit Donum Timoris; quoniam hic actus videatur pertinere ad virtutem Religionis; ut patet ex dictis de Religione l. 2. de Iustitia & Iure c. 36. Quod tamen haec reuerentia recte dicatur Timor, pater ex modo loquendi

Scripturae, Luc. 5. v. 26. Repleti sunt omnes timore dicentes, quia vidimus mirabilia hodie, id est, reuerentia erga Christum, & Deum in Christo operantem. Matt. 9. v. 8. Videntes autem turbam, timuerunt,

& glorificauerunt Deum. Deinde, quia hic affectus Reuerentiae, duo continet; scilicet affectum erga alterum, tamquam eminentiorem; & fugam quandam,